Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

laboribus ministra pauperibus. Non auferas
alteri unde alteri tribuas. nec misericordem te alieno spolio ostendas
Nihil proficit si alterum unde reficis
Vnde alium iam facis. Condemnat
misericordia ista non purgat tales mia
peccata non purgat. sed ampliat. Quod
quod facis misericordie causa non iactantia facias. Nihil studeas propter laudem
nihil pro temporali opinione. nihil propter famam
Sed propter veram eternam. Quantum agis
pro futura age mercede et ne remuneracionis expectacio te teneat ampli?
nec quod ad huius sed quod ad vite eterne
gloriam prosit. Si enim hic laus quitur
illic remuneracio amittitur. Iusti enim
non hic mercedem sed in futuro recipiunt
Futura merces non prius promittitur
iustis. Incelo non intra promittitur
merces istis. Non enim e hic expectandum
quod alibi debetur Ecce accepisti monita. Data e tibi viuendi norma. Nulla
te iam ignorancia peccato excusat.
non es iam vite nesciens non es imprudens aut ignarus. Legem quam debeas
sequi disposui qualis debeas esse descripsi Cognicionem mandatorum habes
Iam scis quid sit recte viuere. Vide ne ut